

PAVLVS ABBAS IRSINGENSIS.



PAULUS NECCHARUS PATRIA CAMPIDONENSIS à pueris operam literis dedit, & fundamentis feliciter iactis, in monasterio Irsingo (quod & Vr sinium rectius dicitur) BENEDICTINORUM ordinē suscepit. Fundatum id erat anno millesimo cente simo octuagesimo secūdo ab Heinrico Marchio ne de RUMSPERG infra SUEVIA, paululū in Khauff burnium oppidum Imperiale. Ibi cum PAULUS li bris diligenter inhæreret, 24 Septemb. Anno 1533 uicesimus tertius Abbas elititur. Eam functioē is probè administravit, & cunctis finitimiis gratus extitit. Nam monasterium suum post seditionem rusticam pulcherrimis ædificijs & insigni bibliotheca restaurauit, & iuuentutem suo exemplo ad studia incitauit, dicens: Monachum sine libris, & librorum studiosa lectione, eundem esse qui miles sine gladio.